

6  
273  
CARMINA GRATVULATORIA  
AMICORVM,  
IN

# FELICISSI- MVM ITER, QVOD NOB. ET AMPLISS. V.

DN. PHILIPPVS HAINHOFE-  
RVS P.A. Consiliarius Sereniss. &  
Celsiss. Pomeraniæ Ducis, DN. PHI-  
LIPPI II &c.

AD AVVLAM STETINENSEM  
Pomer. Mensib. Quint. Sextil. Septem-  
bri & Octobri,

Anno SAL. HVM. reparatæ CIC.  
ID. CXVII, confecit.

Τάληγη παρεπομπά τίς ἐστιν ο βίος αὐτού ποντοῦ.



AUGVSTA E VINDELICORVM,  
e Typographeo Davidis Franci.

CIC. ID. CXVII.

ГАРМОНИЯ  
СЛОВЕНИЯ  
И

ЕЛГИСІ-

ЯЕТИМУМ

У. А. К. Т. А. Н. Г. А. О. Д. О. Н. О. Н. О. Н.

Н. А. М. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.

С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А. С. А.





AD NOB. ET AMPLISS. V.

**DN. PHILIPP. HAIN-**  
**HOFER V M, SERENISS. ET**  
**POTENTISSL. PRINCIPIS ACCD N. D N. PHI-**  
**LIPPI II. STETIN. POMERAN. &c. Dv-**  
**cis &c. Consiliarium, Præfatio.**

**M**Catonis, absoluti Imperatoris, Senatoris & Oratoris gravissimi dictum, quod M. Arpinas semper magnificum & præclarum putavit, nec ego non magnoperè laudare, ac usurpare soleo, & vocem τὴν πολυθρύλητον prædico : Clarorum virorum atq; magnum non minus ocū quam negotii rationem extare oportere. Quod verbi ab eo viro profectum est, qui in neminem gravius severiusq; quam in semetipsum imperium exercebat: Hinc maximum pondus, (ceu χειροποδίς quidam à Delphico, & si quid putatur augustius, exortus Oraculo,) apud omnes meritò habere debet. Taceo autem λόξα fuisse effata Tripodis, quibus egregie naso miseri suspendebantur adunco consultores, atq; in perniciem præcipitabantur; quorum occasione seu potius instinctu sibi vitæ & regnorum amissionem Cræsus, & Æacides procurabant. Sed missa hæc facio. Itaque PRUDENTER ac circumspectum virum nihil ~~arari~~ suscipere, sed pietatem, & honestatem ante omnia, atq; utilitatem quà publicam quà privatam spectare, nè incassum laborare videri possit, constat. Haut secus TE quoq; HAINOFERE ad finis honoratissime, ob oculos tibi Catonianam rectè transigendæ VI TAE REGVLAM facile principē posuisse, autumo; cùm non ita pridem ITER IN POME RANIAM longinquum susciperes. Etsi verò nihil necessum sit, singillatim facti tui causas enucleare, atq; heic copiosis enumere verbis : tamen rationes Te reddere peremptorias posse nullus ambigo, quibus etiam curiosissimi, atq; ij, qui nihil re-

Tit. Liv. lib.  
45. Cic. pro  
Planc. & I. Off.  
Iustin. in præ-  
fat. Histor. E-  
pit. Plin. &c.  
lī.

Etè riteq; factum arbitrantur, nisi quod ipsi fecerint, facillimè  
adquiescant: qvarum in censu; <sup>κλησις</sup> atq; invitatio clementissima,  
alias ut silentio involvam, esse potest. Conciliasti nobis,  
qui fructus ad nos spectat, M V S A G E T E N fidissimum ac munifi-  
centissimum HEROEM inclutum, D E C V S ævi: Parasti amicos,  
quorum amorem favoremq; Persidos gazis anteferimus. Ve-  
rū propius ad institutum me confero. Quò minus miramur  
abeunti tibi CVM MAGNO DEO, amicos iter auspicatissimum cō-  
precatos: & ubi ad AVLAM Celsissimi Pomeranor. Principis pru-  
dentiæ, atq; sobrietatis, moderationis ac virtutis omnimodæ  
theatrum devenisti, adventoria dedisse carmina vates provin-  
ciæ illius felicissimæ; nec minus Reduci adclamassem quam plu-  
rimos in Republ. & Ecclesiā atq; etiam litterarum bonarum pa-  
læstrā passim constitutos Viros, Tuis honoribus faventissimos.  
Ex ijs carminibus, Odis, Gratulationibus cùm magnam partem  
meas in manus bono me hercle fato pertigerint: nè Sibyllino-  
rum instar foliorum circumvolitarent, atq; perirent; hoc quid-  
quid est colligere visum, & CITRA CVIVSQVAM præjudicium di-  
gnitatis, honoris, eruditionis, ætatis TE NON INVITO, aut o-  
mnia fallar, collectim edere placuit. Quo ipso nè temerè quidq;  
facere Aristarchis meis videar; sanè nolui hæc virorū tantorum  
erga te favoris haut vulgarij <sup>διαγνωστα</sup> intercidere, quæ nepotes,  
pronepotesq; tui, ac posteri, si quæ futura est posteritas, & alii,  
qui nos adtingūt, & laudatissima tua premere vestigia cupiunt,  
calcaris instar habitura sint, ad SEMITAM VIRTUTIS terendam: nè  
quis sannio ista inanias aut affanias, & Siculas gerras opinetur.  
Eoq; magis prælo subjicienda censui, quòd APEX ille Principali-  
s dignitatis, Ocellus & sol <sup>μεγισταν</sup> nostri temporis, illustriss.  
atque laude litterarum Gloriosissimus PRINCEPS, D N. PHILIP-  
PVS II S T E T. POMER. Dux, quem vel invidiâ fatente, PRINCI-  
PEM nuncupamus OPTIMVM ac doctissimum, Mæcenatem Mu-  
sarum & Musis operantium næ liberalissimum, Dominum  
clementissimum, (palpum non obduco, Teste veritate: neque  
enim parasitari didici) sæpius his versibus ceu auctor & dux fa-  
cti honoris causâ nominatur: cuius de te judicium meritissimò  
æstimamus. Ac nè quid dissimulem, sed quæ penetralibus pe-  
ctoris nivei recondita hæc tenus continui, liberè, ingenuè, mo-  
re Germano, Germanâ fide edisseram, HONORIB. CELSISSIMI  
PRINCIPIS POMERANIA hæc thura libamus, hæc sacra facimus;  
has victimas mactamus; aut si hecatombes nomine non veni-  
unt, hac falsâ molâ litamus. Adnue propitius; placidâ serenâ-  
que

978

que fronte accipe, ore favente ac manu adplaudente, DUX CEL  
SISSEME, quantilla damus: ad sis sacro Musico choragus: ne que  
detrecta Parnassi Pindiq; nostri culmina adire; & cohonestare  
nominis tui augustissimi purpurâ præfulgidâ lacinias nostras  
poeticas. Nil, crede, apice dignitatis tuæ indignum feceris: ni-  
hil committes, quod Celsissimo nomini & lumini tuo obficiat.  
Hoc Achilléo tecti scuto septemplici, in scenam producimus,  
bonis ita volentibus, malis ( quibuscum nihil nobis confortij  
commercijq; sit ) vel ringentibus, quæ innui, Syncharistica, *πτι-  
βαρηγια*, & quidquid id est generis carmina; non D I S V I A L I B V S  
sacra: sed vero IEHOVA DEO Israelis veri invocato pro felici  
itu & redditu tuo, HAI NHOFERE Karissime fusa: qui SVMMI TO-  
NANTI S auspicij Arctoam viribus & viris opibusq; potentissi-  
mam, cultissimam, instructissimam provinciam adjisti, PRIN-  
CI PVM SMARAGDV M prælucere virtutibus heroicis & eruditione  
admirandâ vidisti, salutasti, dextram junxisti, oscula dextræ fi-  
xisti, id quod HOSPITALITATI S supra fidem munificentiaq;  
luculentissima edita documenta monumentaq; demonstrant;  
Redijsti largissimè donatus & ornatus, atq; συμβολευτής declaratus  
sospes patrios ad lares. Hæc tanta, nube τῆς ἀχαρισίας obvelare,  
relligio nobis sit; sed memoria rei ab oblivionis situ vindican-  
da, & ad seros transmittenda est nepotes. Consecro, obfero,  
dedico tibi LV BENS MERITISSIMO, chartas hasce litteratas,  
cùm nulli rectius debeatur: Tu Illustrissimo PRINCIPI, DN . PHILIPPO STETIN. POM. DVCI Domino meo gratiosissimo,  
hocce meum factum commendabis, & si quid audacius à me  
patratum, excusabis. Vale & salue, φιλάτη κεφαλή, & me, quod  
facis, strenuè fortiterq; amare pergitto. Exarabam Norimbergę  
proprid. Cal. Decemb. CIC. IC. CXVII. annum verò no-  
vum ad fores pultantem TIBI TVIS quam felicissimum & ire  
atq; abire EX ANIMI VOTO voveo adprecorq;. Ita eveniat.

TVVS ex fide prisca  
Georgius Remus D.

B A N A-

ΑΝΑΚΡΕΩΝ ΕΠΙΚΗΔΙΟΣ, CUM VOTO;

AD NOBILISS. ET  
OMNI VIRTUTVM, DOCTRINAE  
NAEQVE LAVDE FLORENTIIS. V. D.

PHILIPPVM HAINHOFERVM, P. A. ADFINEM AMI-

cumq; optimum maximum, in Pome-  
raniam abeuntem.



HILIPPE, quem mihi olim  
PHILI locis benignum  
NUMEN, volente Fato,  
Nexuq; mancupoq;  
Coniunxit auspicio,

Devinxit augurato;  
Carum caput Camœnis,  
Patriæ decusq; rarum,  
Rarum decusq; amicūm,  
PHILIPPE, mi PHILIPPE,  
Quæ me sinistra fama,  
Male-læta fama quæ me  
Heu! perculit? PHILIPPUM,  
Scitum nimis puellum,  
Tenellulum Puellum  
Puellulum tenellum,  
Gnatum tuum Philippum,  
Pro quo fidejubebat,  
Cùm fonte tingueretur  
Sacro, PHILIPPUS ILLE  
Germaniae coruscus  
Φωστὴ, Dices, Themistos,  
Musarum, Apollinisq;  
Vindex, Patronus, altor,  
Lux Principum potentum,  
Flos Principum eruditum,

Sol

Sol Principum, PHILIPPUS,  
 Dux inclitus SEDINI,  
 Pomeranidos Dynastes,  
 Encomius, meaq;  
 Pol laude maior omni:  
 Gnatum tuum PHILIPPUM,  
 (Quem plus quam amasti ocellos,  
 Quem viscerum tuorum  
 Karissimam unicamq;  
 Te habuisse portionem  
 HELICON scit atque PINDVS,  
 Ut nemo, (fors) parentum,  
 Impensis tenellam  
 Enixiusq; prolem  
 Neq; caldius per orbem  
 Amarit, arseritq;  
 Gnatum, in quo, PHILIPPUM,  
 Spem, lumen et columnam  
 Senique Scipionem, he-  
 redem vetustiorum  
 Rerum ac recentiorum, ad  
 Miraculum probarum,  
 Quas tot tenet reclusas  
 Penituum locuples,  
 Gnatum FUISSE, ABISSE,  
 VIXISSE, jam beatis  
 Cœlestium Chœris  
 Esse additum angelorum.

Animi quid heic TIBI sit  
 Intelligo, PHILIPPE;  
 PHILIPPE, mi PHILIPPE,  
 Quid vero, agas? QUIESCE,  
 Qui esce, mi PHILIPPE,  
 Supremus ARBITRATOR,  
 Qui nil nisi bonum vult;  
 Mala velle nescit, ORBIS  
 Moderator; HIC IEHOVA  
 Voluit, tuo PHILIPPO  
 Quod factum: Amice magne;

Quod

Quod contigit. Secūsne  
 Factum velis? Repugnes?  
 Absit PHILIPPE id absit.  
 Recte, bene ac benignè  
 Interpretare factum;  
 Factum à DEO IEHOOVA,  
 Ab ARBITRO Orbis actum,  
 Factum à PARENTĒ SUMMO:  
 Bene est tuo PHILIPPO,  
 Recte est tuo PHILIPPO.  
 Belle est tuo PHILIPPO,  
 Beatus est PHILIPPUS.  
 Procul procul facessant  
 Iesusq; lacrumaq;  
 Threni, tū genæ madentes.  
 Cæli aureos Penates,  
 Cæli domum beatam  
 Colit insidetq; letus,  
 Gnatustuus PHILIPPUS.  
 At nos lares laborum,  
 Vallem improbum dolorum  
 Habitamus, hospitesq;  
 Agimuster omiselli.

Et nos homunciones  
 Hac lege nati, opinor;  
 Educti tū educati  
 Hoc omine, ô PHILIPPE,  
 Ut corpore abjugati  
 Sol-vamur in favillas,  
 Sol-vamur in Cinusclum.  
 Confisa MENS IEHOOVA,  
 Purgata MENS cruore  
 CHRISTI; (REDEMPTOR ille  
 Est solus-unus) astra  
 Petet, Deoq; vi-vet,  
 Altos agens Triumphos.  
 Habes, habes, PHILIPPE,  
 Cordis mei corona,  
 Cordis mei columna,  
 Cordis mei levamen,

Cordis

Cordis mei medela,  
 Cordis mei medulla,  
 PHILIPPE, mi PHILIPPE,  
 Magnum tuum dolorem,  
 Gravem tuum dolorem,  
 Tuum dolorem acerbum  
 Animiq; vulnus, alma  
 Quod PIERIS dolenti  
 Dicta vit ad fluenta  
 PEGNESI; ut inde nostro  
 APegaso, ad fluenta  
 VINDA; oxyus ferantur,  
 Viridis Lyci q; ripas,  
 Ad mænia, hem! SEBASTES,


Quod restat, o PHILIPPE,  
 (Cum sic velit PHILIPPUS  
 SOL PRINCIPUM eruditum.)  
 Ad Balthicifreti undas,  
 Iter ad DUCEM PHILIPPUM  
 Iter laboriosum,  
 Fausto (DUCE, ajo, CHRISTO)  
 Pede, ad precor, capeße:  
 Pede at secundiore  
 Pede (exteris relictis)  
 Redreasq; faustiore;  
 Patriam valens amatam,  
 Dulcem valens maritam,  
 Subolemq; dulce-amicam,  
 Dulces valens amicos  
 Lætus redux revisas.

Hoc SUMMUS ARBITRATOR  
 Faxit, IEHOVA; mundi.  
 Rex; adnuat petenti;  
 Hoc largiatur æquis,  
 Benignus in vocantes,  
 Voto adnuat precantis.

αν γένοισ, αν γένοισ.  
 GEORG. REMVS IC. admodulabatur Norimb.  
 XIV. Kal. VI. TIL. CIO. IC. CXVII.

C Propem-

4



# PRO P E M P T I C V M S Y N C H A R I S T I C V M A D E V N D E M H A I N H O F E R V M.



Rincipibus placuisse Viris non ultima laus est,  
Per vetus ut carmen, Docte Philippe, docet,  
Sed Ducibus placuisse Pius sanctissima laus est,  
Et vere Princeps Clare Philippe decus,  
Quis satis ergo tuam cantabit carmine laudem,  
Heinhofere, Ducum quem pius ordoprobet?  
Quem constat multis è summâ classe Monarchis  
Cæsaribus nec non regibus esse decus.  
Quem Pomeranorum Dux illustrissimus, Vnus  
Præ reliquis unum teputat esse suum.  
Quem stimulis Patriæ nostris è finibus exis.  
Ut tueare tui Principis ora Più.  
Sancta Philippe tui cognominis ora Philippi,  
Nil quibus his terris sanctius esse puto.  
Vade bonis a vibus, s'va viq; fruare Philippi  
( Quod tibi delicias novimus ) alloquio.  
Vnde bonis a vibus tibi tot precor optima eunti,  
Quot sacer(t) conjunx, filiolæq; tuæ.  
Teq; tuosq; duces Raphael comitetur eentes,  
Prospere abi, (t) sano corpore regredere:  
Interibi tua cuncta Deo commendando Triuni,  
Qui pia vota sinat pondus habere. Vale.

Nob. T. Studiosiss.  
M. Iohannes Conradus Gœbel  
Pastor & Senior ad D. Annam.

PRO.

PROSPHONESIS  
AD PRINCIPEM

*ILLVSTRISSIMVM,  
POTENTISSIMVM,  
LITERATISSIMVM,*

**DN. DN. PHILIPPUM II: DV-**  
**CEM STETINI POMERANIAE, CASSVB:**  
**VANDAL: PRINCIPEM RUGIÆ, COMITEM**  
**Gutzcoviae, Dn. Provinciarum Leoburgensis**  
**Et Butoviensis, &c.**

**M**AGNE PHILIPPE, nouo nunc gaude ac plande PHILIPPO,  
*Qui tibi vindelicum à limite missus adest.*  
*Lætus cum lœto latos diffundito vultus,*  
*Nam te materies, quæ recreabit, erit.*  
*Officium cuius longis miraris ab annis,*  
*In cuius genio nil nisi mira latent.*  
*Integritas cuius, probitas, mens conscientia recti*  
*Grata est, atq; fuit, Dux GENEROSE tibi,*  
*Cuius cum spectas oculos, gestusq; decentes,*  
*Iures huic uniceuncta dedisse Deum.*  
*Hic varias Tibi res potis est narrare: proinde*  
*Phœbea lauru laudeq; dignus erit.*  
*Heu quoties supplex DOMINUM in mea Vota vocabam,*  
*HEINHO FERO ut Comitem me simul associet!*  
*Vt tibi me officiis, tibi me studiisq; dicarem,*  
*Figendo pedibus basia mille tuis:*  
*Virtutes cantare tuas celebrare paratus*  
*Conspicuumq; forem semideumq; DUCEM.*  
*Verum me Reducem per tædia tanta Viarum,*  
*Etpatriæ Musæ Cura laborg premunt,*  
*Quod neque opresens, absens, mihi crede, rependam,*  
*Exoptans Aulæ nil nisi faustatue.*

Nunc solo phana meis, tu parcas versibus, addam:  
HOSPITE sis soſpes, MAGNE PHILIPPE, ego.  
Quot ſylva frondes, quot per uaga flumina pifces,  
Quot resonans aer ſeruat et ambit aves:  
Comprecor ex animo gemino tot fata PHILIPPO,  
Cui me, cui ingenium do, dic oꝝ meum.



I I.

AD NOBILISS: MAGNISQVE IMPERI PRINCIPIBUS gratissimum Virum Dn. PHILIPPUM HEINHOFERUM, Dn. & Patronum magni æstimandum:



E quoq; quis faustum, quis ab omni parte beatum,  
Quis carum, et clarum te neget eſſe Caput?  
En modo tot votis, tanto gemituq; petitum,  
Magnificum cernis munificum, DUCEM.  
Hic felix in te eſt, HOS PES tu ſoſpes in illo es,  
Iste, tuq; illum diligis atq; colis,  
Hunc uenerare DUCEM, celum reverere DYNASTAM,  
Omnibus hunc præfer quæ placuisse queant.  
Hoc eius meruit VIRTUS, CLEMENTIA, CANDOR,  
Illeq; qui Musas promovet usq; favor.  
Artis qui neget hunc multæ florere PATRONUM,  
Non mihi Amicus erit, sed ferus Hostis erit.  
Desinoplura loqui: sit felix, utile faustum,  
Colloquium: voti hic terminus esto mei.



MEDI

IN

III.

# IN OBITVM BEL. LVLI PVELLVLI PHILIP.

PI HEINHOFERI.

PATER alloquitur defunctum:

**D**olor! Ar-ve puer, dilecte puer, mea sola voluptas,  
Et Mensæ mentis Pars generosa meæ  
Quid tu nos lacrumis madidos, moestosq; relinquiss?  
Letitius poteras quos recreare prius?  
Tugeminum cessas risu exhilarare PARENTEM?  
Quem fueras geminis Charior his oculis?  
Desinis exanimes nos vultu fronte tueris?  
Inq domo lepidus desinis esse puer?  
Ô dolor! Ô lacrumæ moesta ô præcordia mentis!  
Quorum tu precibus pondus inesse negas,  
I quo PARCA vocat, quæ nulli parcere no-vit,  
Carpito et aetherei gaudia mira poli,  
Cum volet ipse Deus, celeri te sorte sequemur,  
Quos modo singultus, quos gemitusq; premunt.

IV.

PUER loquitur.

**N**omine VIR celebri Nato mihi nomina fecit,  
Ipse dedi CHRISTO Nomen, et occubui.  
Chare mihi GENITOR, GENITRIX mihi chara, relinque  
Nunc lacrumas, arvis versor in Angelicis,  
Gaudeo cum plausu, constanti voce, sonoque  
Cælestem laudo Magnificumq; PATREM.  
Nectar et Ambrosia hic mihi mel, mihi Manna paratum est,  
Quod satiatq; animum, quod recreatq; animam,  
Nolo ego, nolo locum (juro!) mutare beatum,  
Me beat alma quies, vos necat atra dies.

D

Qua

Quâ sede hic sedeo, cùm sit mihi commoda sedes,  
Discedam nunquam, sed bene fixus ero.


M. Petrus Fradelius Schemnic.  
Prefectus Collegij Angelicj in Academia Pragensi.

Aliud.

**V**ita quid est humana? peregrinatio tota est,  
Hainhofere, via est, exilium est, iter est.  
Namq; alius remis longè vada cœrula verrit,  
Committens fragili seq; suosq; rati.  
Atq; alius terras, alio sub sole iacentes  
Invisens patrie dulcia tecta fugit:  
Aut quâ Spectantur septem de nocte Triones:  
Et canâ Boreas quâ ni ve vestit humum:  
Aut quâ Sol ferrens sata lœta boumq; labores,  
Amburit, siccis quâ Canis inflat agris.  
Non nemo vel ad extremos Garamantas (t) Indos,  
Per mare, per terras, tesa per aspra volat.  
Nulla adeò datur hic requies mortalibus ævj:  
Turba etenim cœlo iam peregrina sumus.  
Per varios casus, per tot discrimina rerum  
Tendimus ad superas, regna beata domos.  
Tu quoq; idem testaris, idem discisq; docesq;  
Heinhofer, Sueui gemma, decusq; soli.  
Dumq; paras magnum præclare Philippe Philippum,  
Visere, Pomeriae qui mod' sceptra gerit:  
Filius ecce tuus cœlestem migrat ad Aulam,  
Ad patriæ sedes atheriae properans.  
Quem nos (t) reliqui permille pericla sequemur,  
Non hoc, non: aliopatria vera loco est.  
Sic vita est humana peregrinatio tota:  
Exilium est, iter, ad cœlica regna via est.

Ad eundem.

**F**austus abj: felix i: latus adi. Pomeranos:  
Inde exi soþpes: incolumisq; redj.  
M. Petrus Meyderlin. Collegij  
Evangelicj Ephorus.




# AD NOBILISSIMVM. PRÆSTANTISS. CLARISS. VI.

RVM, Dn. PHILIPPVM HEINHOFERVM, Dn.  
& fautorem suum singularem, ac plurimū colendum,  
in Pomeraniā propediemabiturū, Syncharistica vale-  
dictio, obseruantiae, amoris, & honoris ergo scripta

AIOH. BAPT. BESARDO VE-

SONTINO I.V. D.&

ipso iamiam abi-  
turiente.



**M**irari posses, Nobilissime Vir, quæ me caussa im-  
pellat, quod te hac oratiuncula compellare ausim:  
nisi & iam olim noti inter nos fuisse mus, & eæ  
nunc occasiones se mihi offerent, quibus addu-  
ctus, meum erga te amorem, quoquo modo pos-  
sum, ostendere conor. Ac verè quidem, ut illud Claudi Cæ-  
faris ad Britanicum filium, sed felicius usurpem, Amor, in te  
meus, me huc impellit, dudum inter nos coalitus, cùm uter-  
que Coloniæ annis abhinc præter propter viginti duobus pe-  
riculosissimis, pestis ibi tum vehementer grassantis (áqua ta-  
men presentissima, Dei clementissimi gratia nos conseruavit)  
temporibus una studiis incumberemus. Quo tempore, quan-  
do fideliter sanè meum etiam in descendâ testudine, & Musi-  
cis exercitationibus institutorem agebas, dignus undequaq;  
mihi videbare, qui ab optimo quoque amareris. Ea erat animi  
sedati in te modestia, tantum inutiles fugiendi contentiones  
studium, tam egregius in optimas & literas, & præclaras alias  
artes adfectus, tam insignis denique, honesta, atq; suavis mo-  
rum comitas, ut neminem non, melioris notæ hominem ad  
te diligendum alliceres, atq; attraheres. Post tot, quot dixi, an-  
norum interuallum, quum Prudentia me in inclytam Vin-  
delicorum Augustam, clarissimam Sacri Rom. Imperij ur-  
bem liberam, patriam tuam celeberrimam, è Vesontione, per-

antiqua & ipsa ac celebri S. Imperij libera ciuitate, patria mihi dilectissima, adduxisset: sanè & alia ibi reperti, quæ amplissimam urbem mirificè commendarent; & Te, veterem atque optimum amicum. Tuus itaque conspectus, mihi multò iucundissimus, me adeò recreavit, ut tantò magis omnibus lætitijs incederem. Accessit deinceps tuámet, tibi non insolens, humanitas, tuum me, summæ apud vos & auctoritatis & bonitatis hominibus commendandi indefessum studiū. Tu quippe, honestissimo inter tuos Ciues, quod mereris, loco (antiqua quoq; & nobili familia oriundus) ut illustribus & clarissimis quibusq; ciuium & incolarum patriæ tuæ notissimus, ita à candore tibi innato acceptissimus es. Patere, quæso, hoc duntaxat interseram: siquidem ita visum est Deo, ut interdū sollicitum aliquid lædis interueniat. Honesto matrimonio, claris affinitatibus potitus, filiolum nuperrimè non tam amisisti, quām ad Deum præmisisti, sexennum opinor. Sed haud dubie hunc casum æquiori animo ferre didicisti, quām Cicerio ille Tulliolæ suæ deceßum tulit. Adminicula scilicet, quām illi, alia tibi suppetunt. Breuiter, Christum tu habes; cundem filiolus tuus defunctus, iam etiam præsentiore sibi (quippe ei viuus) habet: quem Cicero, & filia eius ne nōrānt quidem. Sed huic argumento diutius immorari non lubet; ad alia reuertendum. Tu, non solum domi clarus, mihi ad optimos ciuium, ac honestissimos, adeoq; aliquot patriæ tuæ Primores, libens volens aditum aperuisti: sed & ut exteris quoq; & quidem Principum, Comitumq; ordinis Summates adire, compellare, obseruantiam in eos meam promere auderem, viam aliquam ostendisti: qua ex re statim conjecturam facere potui, quām verum illud Poëtæ esset;

*Principibus placuisse viris non ultima laus est.*

Non enim ignoro, te & Cæsareæ aulæ, & Sereniss. Domui Austriacæ ignotum non esse, & Sereniss. plerisq; S. R. I. Elektoribus, aliisq; Germaniæ Principibus, optimâ de nota adeò commendari, ut, merito tuo, permagni te faciant. Quid Serenissimos, Palat. Elect. Fridericum V, Quid Guilielmum, & filios, utriusq; Boiariæ Potentissimos Duces commemorem? Bonitas nimirū tua, honestissima tantis Heroibus obsequendi voluntas & promptitudo, alij tui, tincti meliore metallo, ut ita dicam, mores, benevolentiam hanc fauoremq; tibi conciliant. His verò, tuis, inquam moribus, quantopere Serenissi-

mum etiam & Illustriss<sup>os</sup>. Pomeraniæ Duces, Philippū, & fratre<sup>s</sup>, Principes optimos tibi conciliaueris, quid attinet dicere? Iter, quod ad Serenissimum Ducem Philippum, Principem ac Dominum meum clementissimum, propediem, Principe ita volente, suscepturus es, argumento mihi est, quanti ab eo Herœ fias, qui fidem tuam, qui prudentiam, qui tuam sui humilimam simul & promptissimam obseruantiam, etiam absens, expertus, temperare sibi non potest, quin te corām videre, cōpellare, clementissimè alloqui velit, non minùs ac hi, quos antea nominaui Serenissimi, patriæ tuæ viciniores Principes, clemenissimè fecerunt. Nec dubito, quin Serenissimus Pomeraniæ, quem nominaui, Dux (ut & Illustrissimi eius Principes fratres, inclytissimus item Princeps, eorundem Patruelis PHILIPPVS IVLIVS Stetini Pomeraniæ VVolgost. partis Dux, si quos eorum compellare datum fuerit) animi tui dotibus mirificè delectatus, idem de te omnino iudicium, quod Serenissimi, Elector, & Duces supradicti tulere, lubens volens laturus sit. Iam si Brandenburgicos Principes, Badenses, VVirtebergicos, Megapolitanos, alios in Germaniâ Duces & Dynastas, commemorare velim, quite nōrunt, qui clementissimè in te adfecti sunt, nimis forte prolixus fuerim. Ne exteris quidem cūm Ecclesiastici, tum secularis status summatibus, inter ceteros Christianissimo quoq; Galliarum & Nauarræ Regi & Serenissimis Lotharingiæ Ducibus, & Magno Hettruriæ Duci (ut alios plerosque Europæ nostræ & Reges, & Principes, quibus præclaro benevolentia<sup>t</sup> titulo clarus innotescis, reticeam) ignotus esse perhiberis, quanquam forte & illis nondum vi-  
fus, sed ex ea, quam cum Legatis eorum & Consiliarijs, in Comitijs Imperialibus, & alijs contraxisti notitiâ ac familiaritate, ijs Principibus adeò commendatus, ut æquè secundum quendam Philosophum, te videant, ac si præsens cum præsentibus loquereris. Nimirum lāetus esse debes, te à laudatis viris, prudentissimis, grauissimis & optimis tantorum Heroū clientibus & Consiliariis, apud laudatissimos ipsorum ac clementissimos Dominos, tantoperè & veris & præclaris laudibus affectum esse, ut in te, quantumuis absentem, clementissimè optimeq; illi adficiantur. Macete itaque virtutibus tuis, Nobli<sup>me</sup>. PHILIPPE HEINHOFFE, perge te, & posteros tuos non nobilitate tantum stirpis, sed etiam optimorum morum pietate prouehere. Vnum hoc adjicio: quanti te viri Principes,

quanti Illustres & Generosi, quanti Nobilissimi quique, quāti honestissimi faciant, si nihil aliud, certè Album illud tuum, vel Mnemoneumatum, ut ita vocem, liber ostendit: quo Albo nobilius, quo ornatius apud quenquam, cuiscunq; statutus, conditionis, ordinis, in Europa, quaquā eam peragraui, vidisse me non memini. Verè Nobilitatis, antiquitatis, subtilitatis, elegantiæq; omnis Theatrum, Atrium, armarium locupletissimum, thecam, penum copiosissimam vocaueris. Iam abiungo, te ad iter in Pomeraniam, quò mox sequar, accinctum non remoratus, imò propediem, Deo iuuante, sequuturus. Hoc duntaxat precibus omnibus contendō, Sereniss. Illustriss. optimis ijsdem Pomeraniæ Ducibus, cùm omnibus, tum singulis me, meaq; ista qualiacunq; ipsis dicata, subiectissimè de meliore notâ commendare ne dedigneris. Cliens Sereniss. Ducis Philippi, cliens Illustrissimorum, Celsissimorumq; eius fratrum Ducum esse discipio. Quod, si te commendante obtinuero, omne me tulisse punctum arbitrabor, & Sereniss. ac Illustris. Principibus deūinctissimum tibi quoq; vehementer obligatū libentissimus fatebor. Quod superest, felicissimum, Deo ducente, in Pomeraniam iter, proferrimos cum laudatissimis Ducibus, sanis, incolubus, saluis congressus, faustissimum ad tuos redditum tibi ex animo compreco, & voueo.

*Tui Nominis*

*admodum obseruans I.B.B.*

---

AD NOBILISSIMVM ET CLARISSIMVM VI-  
RVM D. PHILIPPVM HEINHOFERYM  
Tetraastichon.

---

HEINHOFERE, probas subtilia, prisca, venusta:  
Sed proba cur tantum, quæsō, PHILIPPE, probas?  
Nempe Deis, rerum Dominis proba sola probari  
Est æquum, quibus et tute probare Deis.

---


AD EVNDEM ETEOSTICHON.  
ECCE Inter nos Fata parant DiVortla; saCrIs  
CeDere fas FatIs: Chare PHILIPPE VaLe.



GRATULATIONES  
**IN HONOREM VIRI  
 MAGNIFICI ET NOB. DN.  
 PHILIPPI HEINHOFERI P. A. lau-  
 datissimi, cum  
 PROPITIO NVMINE  
 GENIIS COMITANTIBVS  
 INGENVIS  
 ILLVSTRISSIMVM STETINEN-  
 SIVM POMERANORVM AVLAM AC-  
 GEDERET, ET AB EADEM AD AGROS VIN-  
 DELICOS RECEDERET:**

Conscriptæ

*Ab Amicis & Fautoribus, qui in Pomeraniā.*



**L**lustrem invisis, Docte HEINHOFERE, PHILIP-  
 PV M,



*Omnia quæ tecum fers, quoq; grata Duc*i*.*

*Huc sicut dignus summo excipieris honore,*

*Nullus in hac aula gratarior hospes adest.*

*Sed vix ingressus Pomeranica littora saltem,*

*A nobis subito rursus abire cupis.*

*Cur VVolgastanum non vis lustrare Ducatum,*

*Et reliquas Vrbes Baltica ad ora sitas?*

*Quid ju-vat in sanctâ te Romæ Sede fuisse,*

*Ni summum videas tunc ibi Pontificem?*

*Ergoprecor tecum vadas ad Balticâ stagna,*

*Te comitabor ego; Sve vica rura vide.*

*Qui q; tuum miratur opus mirâ arte paratum,*

*Miratur vestrum quilibet ingenium!*

Nondum concessa est mihi copia tale videndi,  
Sed me visum tempore spero brevi.  
Sue vides, atq; fuit tua conversatio sva vis,  
Absentis sva vi sva vis amicus eris.  
Cum tibi non mens sit remanere hac longius Aula,  
Ita bonis aribus, prosperitate domum.

In Venatione Illustri Stepenicensi  
prope Collem altum Gramineum.

Osvaldus Schwabe  
in Schmatzin.

A L I u D.

**S**i ita. Barbara erat tellus Pomeranica quondam,  
barbarus est talem qui putat esse hodie.  
Heic etiam Di sunt, sunt religionis asyla,  
templa scholae, pura quæ Pietate scatent.  
Sunt etiam heic Homines, et vincitæ legibus urbes,  
in quibus expendit fasq; nefasq; Themis.  
Sunt bona, suntq; bonis qui uti no vere decenter,  
in commune bonum Principis et populi,  
Heic etiam Artifices, artesq; atq; artium amantes,  
mens quibus effecta est de meliore luto.  
Et quid non? si leoproprias ne dicere laudes,  
nec videar Momirumpere velle jecur.  
**H**A IN HOFERE tuos oculos appello, tuum cor,  
dicere me verum tu mihi testis eris.  
Nam postquam nostras venisti hospes ad oras  
hospes, suscepimus Principis hospitio:  
Quem venerare, et cui preciosus haberis amicus,  
deditus officiis obsequiisq; Duci;  
Vidisti quid terra ferat tam prodiga, multis  
provida, diuinis luxuriosa bonis.  
Ipsa suis pollens, peregrini hand indiga multum  
si modò sufficeret nostra cupido sibi,  
Vidisti, et miratus es omnia, seu quod Apelles,  
seu quod Apollo, aut Mars, si ve Diana dedit.

Si ve quod alma Ceres, seu quod proerufit Iachus,  
 aut quod Neptuni balthica nata tulit.  
 Omnia quæ pariter cumulari Principe in uno  
 vidisti, totidem qui dabo est ayaqw.  
 Majorum exemplo Patriam qui illustrat a vita,  
 atq; fugat tenebras è regione suâ.  
 Arte fugat tenebras, feritatem legibus, arctas  
 barbariem calamo, duritiem gladio.  
 Nimirum hoc facit unius cultura PHILIPPI,  
 in cuius mores noster hic orbis abit.  
 Ad cuius placita informat se Patria, cuius  
 insequitur genium, castra velut lituos.  
 Hac quia vidisti, satis est tetigisse, re-versus  
 esse potes testis vi-vum et Epistolium.  
 Ergo redi, et dic: barbara erat Pomerania quandam,  
 barbarus est tales qui putat esse hodiè.

D. Cramerus D.

ALIVD.

**F**los ô nobilium et gemma HEINHOFERE virorum,  
 Admirandarum rerum ingeniose parator,  
 Aemula naturæ quas ars polydædalaprästat:  
 His nostros dum oculos animosq; vir optime, pascis  
 Millibus et multis dum das nos penè stupori;  
 Illa vicissim etiam Pomeranis cernis in oris,  
 Quæ utrara in mundo, et ter maxima et optima jure  
 Mirere, et merito quæ caelo laudibus æques:  
 Quæ non artis opus, sed munera summa leho-va.  
 Terram, quâ pleno se effundit copia cornu  
 Rerum, quas vita mortalis postulet usus,  
 Atq; humana quibus doleat natura negatis:  
 Prefectumq; Ducem terræ huic patremq; PHILIPPUM.  
 Qui Eusebiâ, Eunomiâ, virtute et moribus aureis  
 Subjectis populis prisca aurea sæcla reducit.  
 Outinam ille diu his Sol luceat aureus oris,  
 Balthicus hic vidit quo vix illustrius orbis,  
 Oceano objectus Boreæ, et videt, atq; videbit

F

Nulla

*Nulla ætate parem, non nullæ ætate priorem.*

*Admiranda magis sunt HEINHOFERE PHILIPPE hæc,*

*Quò magis in toto sunt hæc rarissima mundo,*

*Terræ ubi nempe bona dux imperat optimus: In nunc;*

*Admirabilium rerum ingeniose repertor,*

*In patriamq; redux hæc admirare vicissim,*

*Sal-vus et in columis, testator et illa re-versus,*

*Acq; precare Deum hæc, et talia ut usq; perennet.*

*Φιλίας καὶ εὐνοίας εἰλικρίνες, ergo Sedini  
hac scribebam αὐτοσχέδιως.*

Eilhardus Lubinus.

### ALIUD.

S al-vum-conductum beet HEINHOVERE benignus S  
A strorum Rector, rectaque bonaque diæt A:  
L uxuries absit, Sit Nectar, et Ambrosia, et me L,  
V ltimæ quando petis loca, que Septentrio tract V  
V lteriore ambit, POMERANICA digna relat V,  
S ignes, signando celebres, celebrando perenne S.  
C HRISTE Ducem Serva, steterit Respub. done C,  
O mnia qui CHRISTO ET REIPVBICÆ in emolumen O  
N octes atque dies impendit amabile nome N.  
D a CHRISTE auriferum Pacis νεφύλιον illu D,  
V irescat Virtus, sit di-ves copia corn V,  
C oncors mens, homologiata intentio DIC, FA C.  
T endas Augustam felix, bonus Angelus adsi T,  
V xorem videas sal-vam, cum di-vite fruct V.  
S ic sic mactabit te laude Philippe PHILIPPV S.

### DE PHILIPPO HAINHOFERO.

PHILIPPI F. defuncto.

EVge! PHILIPPVS HEINHOFER requiescit  
in urnâ,

Spiritus Elisij s jure triumphat agris.

Deploras meritò Generose PHILIPPE PHI-

LIPPVM,

Vive PHILIPPO RVM gloria, stella  
decus.

Idem

Idem.

**E**ndis iunguntur conjunctâ mente Philippi;  
Ad Neostetinum Dux Pomeranus abit.  
**E**Hainhoferus ad Augustam. Benedicte Iehova,  
In columnes, saluos ducq; reducq; precor.

I: V: VVynther:

### A L I u D.

**N**uper fata virum summo duce prospera Christo,  
Ad Pomeranorum Balthica rura σόφοι.  
Concomitabantur: Rursum nunc ecce redire.  
Fata jubent illum prosperiora domum.  
Heinhofer, VIRTUS ditat quem pulchra Philippus,  
Quem beatet Pietas: ARTIS honorat amor.  
Hospes ceu rarus, sic charus, charior alter  
Nec fuit hoc unquam semper erit ve DUCI,  
Excipiens hilari siquidem illum fronte Philippus,  
Dux, clarum egregia Nobilitate virum  
Gaudet et applaudens summo complexus honore est,  
Et merito Tantus dignus honore vir est,  
Conveniunt binj, non Gente sed Ente Philippi,  
Sunt Pietate pares ARTIS amore pares,  
Artis amore pares, veluti testatur aperte  
Instar Pyramide Res fabricata: modis  
Et varijs extructa, locis his visa propinquis  
Nunquam, nec tali est aedificata modo.  
Hanc Heinhoferi vena ingeniosa refingens  
Attulit hic mira sedulitate DUCI.  
Quid proceres præmItribuent? aliq; rependent?  
Grates: quas et ego jure coactus ago.  
Iure coactus ago grates, te fata Duceq;  
Incolumem reddant prosperitq; precor,  
Hinc igitur bibulas quot volvit littus arenas,  
Horrida fluctuagum dum mare turbat hyems:  
Squamigerj tumido viuunt quot in aequore pisces:  
Quot varias aer nutrit amicus aves:

Quot foliis sylua, quot gressis aequor abundat,  
 Quot stellis aether, quot creat Hybla favos;  
 Tot sint illustri felicia saecula PHILIPPO:  
 Heinhofere tibi tot quoq; saecula sient.  
 Oscine vade bono, aligerum comitante cetero;  
 Te videat sal-dum Augusta corusc a precor,

M. V.

Officiorib; Christianus Lubecus junior  
 in illustri aula Stetin. Ad-  
 uocatus Fisci.

ALIUD AD EVNDEM DE  
 Filiolj obitu.



Iccine adhuc Gnat ob Fatum tua Pectora luctus  
 HAINHOFERE quatit? nec modus est lacrumis?  
 Depatria extorrem sequitur, comitatur euntem  
 Cura, nec admittit subsequare reppudium.  
 Scilicet è Patri descendunt pectore Gnat,  
 Et redeunt ad Corpignora quando abeunt.  
 Pone modum Curis, licet haud tuus ille PHILIPPVS  
 Luxurians oculos lusit et ante tuos.  
 Illa Pomerraniæ FAX, Lux, DUX, STELLA, PHI-  
 LIPPUS,  
 Quem Deus, & verè subditus omnis amat.  
 In te Contitum clementem spargit, & omni,  
 Principis affectu te gerit Ille suo:  
 Hospes ab Augustâ nostrâ ut remoraris in Aulâ,  
 Optataq; diu conspicis areolas.  
 Successore novo, pellatur Cura sepulti,  
 Redditur haud Curis, quod semel hinc abiit.  
 Ad Patriam HAINHOFERE redit, simul atque redibit.  
 Ad Gnatum: ad nostros non redit ille lares.

L. M. Q.  
 scripsit.

M. David Reutzius.

ALIUD.

A L I u D.



*Vempetij, Hainhofere, tuum promittis Amorem;*

*Nec satis hoc: Auri munera mittis. Ohe!*

*Non auro certare mihi datur, optime Fautor:*

*Ne tamen ingratus sim; T I B I sacro F I D E M.*

*Quin duraturis mihi post celebrabere metris,*

*Semper et) Aonijs Te annumerabo viris.*

*Nunc, quia discessum (quamquam renuente PHILIPPO,*

*Isto POMERIAE Numine) iterq; paras:*

*Alite vade bonâ, Sacris comitate Ministris,*

*Atq; tuos sanos Sane revise Lares.*

*Hoc faxit, quondam mirè qui duxit Isræl,*

*Omnipotens, Flammâ vespere, Nube die.*

Vade & Vale benè mi

HAINHOFERE.

**ANAGRAMMA**

*ex nomine*

Viri, ut generis prosapiâ nobilissimi, ita virtute ac  
eruditione præstantissimi, Dn. PHILIPPI

HAINHOFERI,

Dn. Fautoris & Amici mei æternùm colendi.

PHILIPPVS HANHOFERVS.

*avayg.*

AN FER VS HIPPOPHIL VS?



*Ide non noto querat vel judicet ullus*  
*Hainhofero: Quis sit? An ferus Hippophilus?*  
*Cæcutit; justè non Nomen ab Omine cernens,*  
*Virtutem & Sophiam namq; amat Hain-*  
*hoferus.*

*Sed tamen ac alere, et) freno moderante Caballos*

*Scit regere; Augustâ Nobilitate cluens,*

G

Antiphra-

*Antiphrasis differre Crisim te præmonet omnem,  
Quisquis es: Hainhoferus præstat vtrinq; BONUS.*

Amoris ac obseruantię ergò  
deprop. 12 Septem.  
1617. Stetini

M. Balth. Geiger Poet. Cor. Cæſ.  
Aduocatus & Senator ibidem.

### ALIVD.



*Valis Patrionum, si fas componere parva  
Magnis, mens hominum talis est esse solet.  
Ille pedum vigili permensus lumine signa,  
Attonitus scabie statque patetque sua.  
At vero aspiciens portantem sidera caudam,  
Fit tumidus, pennas ad sua terga rotans:  
Sic homo, permensus curarum tristia mente,  
Attonitus rebus statque patetque suis.  
At vero expertus sortem fortasse benignam,  
Fit tumidus, cristas ad sua terga vibrans.  
Lubrica nam stolidam titillat gloria mentem,  
Nec sinit in propriâ pelle manere virum.  
Heinhofere, tuum præclaris sanguinis ortum  
Ex Augustanâ nobilitate trahens;  
Aequum semper amas fortunâ utraq; tenorem,  
Et regis affectus integritate tuos.  
Filius in teneræ cecidit tibi flore juuentæ,  
Quando paras nostri visere tecta Ducis.  
Ad ventus luctum nigro monstra uit amictu,  
Cruraq; defessi signa dedere viri.  
Proximus hic nostro jam mox spectare Dynaste,  
Vna domus, currus, mensa, fit unus amor.  
Omnia cum domino tibi sunt communia nostro:  
Attamen haud ideo major es, aut minor es.  
Qualem Danubius mihi te produxit amicum:  
Talem fert oculis Odera nostra suis.  
Si perges simili me semper amare favore,  
Sit, precor, ad patrios nunc via leta Lares.*

*Sit, precor, ad cupidam Reduci via leta sодalē,  
Comprecor ad quos uisit via leta tuos.*

Henricus Schwiehd, Secretarius  
in aulā Stetinensi.

### A L I V D.



*A INHOFERE, lares Augustae Vindelicorum  
Linquens POMERIAM visere, salvus ades.  
Gratus ades nostro, preclare PHILIPPE, PHILIPPO;  
Qui doctus doctos Dux per amanter amat.  
Gratus, amatus ades, præstantiq; arte stupenda  
Munera fers, nostro munera grata Duci:  
Munera, Dædalei quæ sedula dextera finxit  
Artificis, miris ingeniosa modis:  
Vincere Mausoleum quæ possent arte sepulcrum;  
Vincere Pyramidum quæ puto posse decus:  
Munera, Callicratis quæ possent vincere muscas;  
Vel quos Myrmecides marmore sculpsit equos:  
Munera, quæ scitâ monstrant ratione colores,  
Pinxit Apellæa quos leuis arte manus.  
HA INHOFERE, tibi grates cum fænore PRINCEPS  
Reddet, corde cui semper amatus eris.  
Nunc iter AVGVSTAM repetis: comitante IEHOVA  
Ito, revisetuos, et Patriam, incolumes.*

*M. T. Stud.*

*M. Adam Hochler. P. L. Senator Reip. Sedin. Pom.*

### A L I V D. ANACREONTICVM.

*(H) ἀλητρὶς μεγίση  
ἱράσμιος θάληα,*

*θάληα τρὶς κλεινή,  
ἴγυιξ τῷ φιλίππῳ.*

*G 2*

εἰωφόρῳ φιλίατῷ,  
εἰωφόρῳ κλεψυδῇ,  
ἀσπαζέ τ' ἐξ ἐμοί,  
εἰωφόρῳ τε εὐχού  
οδον̄ καλη̄, γλυκεῖαν.  
Φάλεια τρίς μεγίση.

*Thalia Sacro sancta,  
Amabilis Thalia,  
Thalia per celebris,  
Philippum adito nostrum,  
Henophorum Philippum,  
Henophorum celebrem:  
Fer huic meam salutem,  
Huicq̄ comprecare  
Viam bonam et suavem,  
Thalia sacro sancta.*

M. Caspar Höhl/ Illustris  
pædagogij Stetinensis  
Subrector.

## A L I V D,

**Q**Ualem te dicam, prisce virtutis alumne,  
Vereq̄ Germanæ Nobilitatis apex,  
HAINHOFERE? Ducum quem et Regum Sanguis honore  
dignatur dignum, dignum et amore reputat.  
In primis noster solidæ virtutis et æqui  
Censor, miratur Dux, et amare studet.  
Scilicet hoc preeium Prudentia et anxia prisce  
atq; noꝝ in dago promeret Historia.  
Laudes HAINHOFERE tuas modo carmine docti  
Virgilius recitet, Maeniusq; sene x:  
Propositi hanc nostri est: Pomeranica rura relinquens  
dum repetis Patriam, sic mea vota paro:

Augu-


23

Augustam, reducem H A I N H O F E R V M comitante carer. vā  
Angelicā, sal-vum duci ō alma Trias.

Votivē

Comitatur

Gerhardus Horst in Aulā  
Stetinensi Secretarius.



A L I V D.

**V**indelicūm Augusta, Augustam P O M E R A N I D O S  
A V L A M,

Mense sub Augusto splendida M E N S A venit:  
Augusto, Divōq; Duci venit illa PHILIPPO,  
Nobilis H E I N H O V E R I , parta, PHILIPPE, Tibi.  
Tammolem, miratus, Equi, Trojanus ut olim;  
Dædali ad In-ventum Hoc jam Pomerane stupes.  
Cedite Praxyteles CEDRO Huic, Archyta; Epimetheu:  
Auguste tantum est dexteritatis opus.  
Durat ut argentum septena ad secula purum:  
Sic t̄t̄ in augustos vi-vat U T E R Q; dies,  
Ac reducem videat Patria Augustana PHILIPPUM,  
Quem Pomerana Manus s̄pē salutet ouans.

Otho á Ramin,



A L I V D.

**F**los, H A I N H O F E R E, stirpis  
generose clarioris,  
t̄t̄ excitata Phæbi,  
GenI ingenlq; ductū,  
feliciore ductū  
GenI ingenlq; proles:  
Musarum ocelle; sancta  
Themidos cor eruditum:  
Clejūs decus perenne:  
Cui S-vada mellilinguis,  
Cui S-vada multilinguis

H

for-

forma-vit ora: frontem  
 Charitum venusta triga,  
 unius illa triga  
 parilisq; amoris, illa  
 puræ fidei q; triga,  
 Veneri jugata triga,  
 Veneris comes fidelis  
 scitissime expoli-vit.

Charum caput Dynastis,  
 Germanidos Dynastis,  
 cunctisq; singulisq;  
 charum caput Dynastis,  
 Germanidos Dynastis.

Amor Ducis PHILIPPI,  
 amor unicus PHILIPPI,  
 prælustris inter omnes  
 Pomeranidos Dynastas:  
 prælustre quem inter omnes  
 Germanidos Dynastas  
 p̄ijsimi optimi q;  
 Patriæ patris, Ducis q;  
 Spectamen atq; lumen  
 dudum cedroperenni  
 inscripsè fama, fama  
 verissequax laborat;  
 metuente nec resolvi  
 seros stylo ad nepotes  
 transcripsè gna-vacuræ.

Herois hujus aulâ,  
 aulâ Ducis PHILIPPI,  
 Lucis Ducum coruscæ;  
 quam si quis hospes unquam,  
 desideratus hospes,  
 post tot rogationes,  
 post tot vocationes,  
 Ducis rogationes,  
 Ducis vocationes,  
 humanius quibus nil,  
 ardentius quibus nil.

acceptiss

acceptius quibus nil,  
 manus exara uit unquam,  
 manus impetra uit unquam,  
 manus Ducis PHILIPPI;  
 tractu è remoiore,  
 lare è paterno adisti:  
 t) latiore corde,  
 porrectiore fronte,  
 t) blandiore voce  
 exceptus introisti  
 vix-nuper HAINHOFERE;  
 properantiore abire  
 paras profectione?  
 Consortio sua vis  
 dirimenda tam repente?  
 Di-vortium o acerbum!  
 di-vortium o amarum!  
 Duci PHILIPPO acerbum!  
 Duci PHILIPPO amarum!  
 Amor Ducis PHILIPPI  
 parat profactionem!  
 parat recessionem!  
 Satellitum aulicorum  
 ubinam cohors? adesdum?  
 Quid otiosa spectas?  
 ut gestiunt quadrigae  
 strepitu minaciore,  
 animosiore nisu,  
 procaciore plausu,  
 velociore cursu,  
 Ducis PHILIPPI amorema  
 abducere hinc? adesdum.  
 Quid otiosa spectas?  
 citatiore cursu,  
 alacriore cura,  
 cohibe citas quadrigas,  
 ut ne avehant amorem  
 Ducis Philippi; adesdum.  
 Cohibe citas quadrigas.

Tuq, HAINHOFERE, flectis  
 precibus Duceis PHILIPPL,  
 precibus Tui flagrantis,  
 summe Tui flagrantis,  
 patiare Te libenter,  
 nec pertinaciore  
 properantia recedas.

Sed quid? moras rogaris.  
 frustra, HAINHOFERE, frustra  
 cunctantio egressu,  
 ex Balthicis abire,  
 et Rheticas adire,  
 AUGUSTA qua superbit,  
 Augusta nomine et re  
 Augusta vere, ocellus  
 decuiq; pulchriorum  
 Germanidos potentis  
 urbium, rogaris oras.  
 Frustra moras rogaris.

Amor laris paterni,  
 amor maritæ amatae,  
 amorq; liberorum,  
 negotiūm q; solers,  
 pri-vūm q; publicūm q;  
 Te cura plurimorum,  
 ex Balthicis abire,  
 ad Rheticas redire  
 oras monet, perurget.

Amor laris paterni,  
 amor maritæ amatae,  
 amorq; liberorum  
 ardensq; sōticusq;  
 negotiūm q; cura,  
 pri-vūm q; publicūm q,  
 et sōtica et peracris  
 Ducus PHILIPPI amorem  
 citâ recessione,  
 citâ revorsione,  
 revocatione crebra, in-

citatione blanda,  
retractione forti  
ex Balthicis abire,  
ad Rhaticas redire,  
or. us, monet, perurget.

Adeste, si quid usquam est  
vialium Deorum,  
vialium Dearum,  
vialium penatum,  
sal-vum larem ad paternum,  
sal-vum ad maritam amatam,  
ad liberosq; dulces,  
periculis remotum.  
vialibus periclis  
HAINHOFERUM remotum,  
Ducis PHILIPPI amorem,  
sal-vum larem ad paternum,  
sal-vam ad maritam amatam,  
ad liberosq; dulces  
reducite HAINHOFERUM.

Quin immo abeste, quicquid  
vialium est Deorum,  
vialium est Dearum,  
vialium est penatum,  
gentilium Deorum,  
gentilium Dearum,  
gentilium penatum,  
inanum Deorum,  
inanum Dearum,  
inanum penatum,  
Christiana quos veretur,  
Christiana quos veratur  
vel nominare saltim  
primoribus labellis  
pietas, fidesq; vera.

Qui futiles Dj vos,  
qui vos inutiles Di,  
veri inscie leho ve  
commenta vana mensis,

sal-vum

sal-vum ad larem paternum,  
 sal-vum ad maritam amatam,  
 ad liberosq; dulces  
 ducatis H A I N H O F E R U M?  
 Idola abeste, abeste.

Iehova Sospitator,  
 Ieho-va summe rector,  
 rerum arbiterq; sole  
 omnium, Polo soloq;  
 timende sole, sole in-  
 vocande quis amatos  
 olim patres, amatum  
 olim peculium quis  
 foco procul paterno  
 duxti exules, benignus  
 patrium ad focum reduxti;  
 Cælestis aulae alumnos,  
 comitesq; Tu Ducesq;  
 fidos jube H A I N H O F E R U M  
 stipatione densa,  
 vigilantiore cura  
 comitarier, tueri.

Sic H A I N H O F E R U S, ille  
 amor Duci PHILIPPI,  
 Lucis Ducum PHILIPPI,  
 Pomeraniae Dynastæ  
 sal-vus larem paternum,  
 valens piam maritam,  
 sospesq; prolem amatam,  
 cunctis procul periclis  
 vialibus periclis  
 cutus, redux adibit.

Ofiat annuente  
 favente Te Ieho-va!

fund. Sedin. II<sup>do</sup> Eid. VII br.

M. T. N.

Suspiciens

M. Philippus Horst Brunopoli-Saxo.

ALIVD

29

## A L I V D.

**H**AINHOFERE, decus Phœbi prælustre; PHILIPPI;  
Hospes dum, linquis splendida tecta DUCIS:  
Et patrios repetis, CHRISTO comitante, Penates,  
dans Aulæ pariter voce manuq; Vale:  
Discessum Charitum luget pia triga: dolorem  
atq; Novensilium candida turba capit.  
Convi-vam tū mallet talem Dux ipse manere,  
dudum cū multo largus amore fauet.  
At quia post absens bona tot monumenta relinquis,  
Tantum condecuit qualia ferre Virum:  
Exoptant omnes, abeas hinc sidere fausto; tū  
sit Reduci CHRISTUS semita recta tibi.  
Hoc ductore viam poterit transire, redire  
Inq; solo inq; salo, qui modò cœptat iter.  
AUGUSTA excipiat reducem TE; gaudeat amplius  
Ille Senatorum nobilitate chorus:  
Te pater, atque nurus, te totā vulgus in Urbe,  
TE (quot in hac nutrit) fœmina, māsque socrus:  
TE q; Magistratus, TE Curia tota salutent,  
exultent Ci-vem hunc jam redijſſe ſuum.  
Castalidum TE docta cohors veneretur Assylum;  
gaudeat absentem, TE redijſſe, diu.  
Et nos Peymericis remanentes cæteri in oris,  
pro quoq; TE dabimus ſupplica vota DEO.  
Talia cùm meditor, menti incidit hoc, niſi durum  
TÌ, TIBI quod dicam, Vir gravitate, cape:  
GUMPELZHAIMERUM decus, eſt cui MUSICA cordi,  
multā, à me indigno, quæſo ſalute bea.

*ex animo apponebat  
Domino Patrono ſuo*

*Christophor: Stecherus aula Stetinensis  
chori Musici Choragus.*

ALI-

30.  
A L I V D.



*E*cines AUGUSTA suos colas ampla tot inter  
Patria, V INDELICO connumerata solo:  
attamen ARCTOIS dudum quoq; nominis oru  
Hainhofere fuit didita fama tui.  
Stemmati generis praelustre, peritia rerum,  
linguarum, tanti mactat honoris opus;  
et quæ tam varijs ditar Sapientia pectus  
doctrinae, ingenij condecoratq; bonis.  
Hinc quoq; multorum favore et propensa voluntas  
prosequitur studijs Te Vir amice Ducum.  
Principis et nostri; cuius modo deseris aulam,  
impiger ad patrios, deproperando lares.  
Apprecor ignotus, faciunt quod jugiter omnes  
inter nos celebres arte fideq; viri:  
Nempe vale: Dycis et nostri memor arripe cursum,  
sitq; tuae CHR IST VS duxq; comesq; via.

M. Christoph Hunichius Rector  
Illustr. Pædag. Stetin.

F I N I S.



A D-



## AD CLAMATIONES AC GRATV-

L AT I O N E S,

Conscriptæ ab Amicis & Fautoribus, in honorem Nobiliss.

ac Clarissimi Viri, Domini PHILIPPI HAINHOFERI,

P. A. jam recens ex Pomeraniâ in Pa-  
triam reversi.

AD NOB. ET AMPLISS. VIRVM, Dn. PHILIP-  
PVM HAINHOFERV M, Ci-vem Augustanum; de felici reditu  
ex STETINO POMERANIAE: *&* quod in Illustrem numerum Con-  
siliariorum Sereniss. Principis ac DOMINI, D. N. PHILIP-  
PI. II. Ducis. STET. POM. *&c.* cooptatus sit:

## GRATVLATIO.



Aet vices mutant hominum: populosq; potentes  
Deijcunt, celebresq; obscurant Marte, vel Arte:  
Illustrant alios tenebrarum nube sepultos.  
Chaldæi, Assyrj, Babylonj, AEgyptiacq;  
Quos penes Imperium fuerat Titanis Eoi;  
Sub juga compulsi, Turcarum sceptra Tyranni  
Nunc metuunt; donec melior spira verit aura.  
Ipsaque Musarum patria, *&* notissima gentis  
Gloria Grajogenum, quid sunt nisi nomen Athenæ?

Barbaricis accensa fuit POMERANICA quondam  
Natio, Vandalicas sedes, *&* Balthicaponti  
Littora, Germanis quæ vi parere cœgit.  
Hanc decus Europæ moderatur grande PHILIPPVS,  
Patre BOGISLAVO, sed avo satus ille PHILIPPO,  
Innumeros numerans ata vorū in stemmate Reges.

Haud secus exoritur Borealia signa relinquens  
Vere no-vo Phæbus, radijs cælumq; solumq;  
Purpurat, *&* late circum sua lumina spargit,  
Mundi Oculus, tacito nascentia cuncta vigore  
Roborat, ac rursum revoluto tempore condit.  
Tali honoratas fausto qui limine Musas

Excipit, eximioq; jubet residere Lyceo,  
 Magnanimus Princeps, Heroum splendor in Orbe  
 Arctoo, Hesperios, Orientem, Austrumq; coruscans.  
 Cui CHRISTVS Dominus, simulq; RESPUBLICA cordi  
 Præcipue: quò pacificam sibi degere vitam  
 Lætentur Ciues, cælo sperentq; beatam.  
 Dic, quibus in terris similem sit Principis Aulam  
 Cernere! Natalemq; quo vis celebrarier anno  
 Carminibus, quæ Mæonidi, certentq; Maroni?  
 Iustitia Antistes Cancellis sacra tuetur  
 Archi-va, q; Patriæ spectant quæcunq; salutem,  
 MARTINVS, magni siboles præclaraparentis,  
 CHEMNITIVS, Doctor, quo non sit promptior alter,  
 Litestransigere, atq; ænigmata sôlvere Legum.  
 Principiis exemplo, studiorum cultibus ornat  
 Nobilitas sese, atq; alijs, quos æquis amavit  
 Iuppiter, ut Graeca adjungant documenta Latinis,  
 Hebraicis, Gallis, alijsq; ut cuiq; animus fert,  
 Seu prosojuvet ore loqui, seupangere metra.  
 Consilij proceres nuper cepere PHILIPPUM  
 Collegam HAINHOFERUM, Augustano sanguine cretum:  
 Omnibus ut constet, non teclapatere STETINI  
 Indigenis solum: at quisquis virtute, fideq;  
 Conspicuus, rerum quemq; experientia adornat,  
 Præmia doctrinæ, vitaq; ibi querat asylum.  
 Vnde TIBI reditum, ac tantos gratiamur honores,  
 Quicunq; AVGVSTAE Suevorum habitamus amici.

Simon Tœlman. Stralsundensis  
 Pomer. D. Reipub. AVGVST.  
 Consil. & Ad.



290

## AD PHILIPPUM II. SERENISS. DUCEM POMERANIAE. &c.



*Agnus Alexandri Magni paterille PHILIPPUS,  
 Clarus et eximus Marte sagoꝝ fuit:  
 Tu POMERANIDOS ô magna Dux Magne PHI-  
 LIPPE,  
 Clarus es, et præstans ARTE, TOGA, atq; FIDE.  
 At præstabilior quanto ipso est Marte Sagoꝝ,  
 Ars, Toga, et excellens hoc mage utroq; FIDES:  
 Tanto etiam Magno, Tu Magne PHILIPPE, PHILIPPO  
 Major es, atq; tuis dotibus ex superans.  
 Te colit hinc omnis merito GERMANIA, et omnis  
 In laudes populus gestit abire tuas.  
 Perge modo et CHRISTO et PATRIA E ser-vire, Relque  
 Communi, et princeps Maximus orbis eris.*

*Humilis obseruantæ ergo in inclytâ  
 Suevorum VLMA*

**Cunradus Dietericus SS. Theol. D. Ecclesiarum  
 Vlmanarum Superintendens. Dominic.  
 Adventus III. Anni cl. DC.XVII.**

## AD NOBILISSIMVM Dn. PHILIPPVM HAINHOFERUM, Fautorem & amicum suum singulariter dilectum.

*E*st magnum à magnis magno laudarier ore,  
 Principibus magnum est complacuisse viris.  
 HAINHOFERE tibi merito cùm cedat utrumq;  
 Quis te non magnum diceret esse Virum?  
 Est ita: Verùm unum his majus superadde duobus;  
 Ut possis magno complacuisse DEO.  
 Id quoq; cùm magno præstes conamine, Major,  
 Quin imo et verè Maximus esse potes.

Idem Cunradus Dietericus &c.

## ALIVD.



Oc est, Vindelicis quod fax Phœbeia terris  
Et creditura fuit visa, et amicani mis.  
Scilicet Augustam redit HAINHOFERUS  
ad urbem,

Impertit radios cui, velut ante, suos.

Hoc erat Augustæ quod fax Titania claræ  
Vel moritura fuit visa, vel æqua parum.

Scilicet ad gelidam procul ille abscesserat Arcton,  
Quia cœlo splendent magna minorq; feræ.

Vindelici at splendoris apex nitidissime salve,  
Atque diu parto mactus honore nite.

Ecquis honor! Te Macenatem Augustus amabat  
Alter, in Arctoi parte PHILIPPUS agri.

Vi vite utriq; precor, longum, tuq; optime amice,  
Tuq; Augustorum summe, PHILIPPE, Ducum.

Affini & amico coniunctis.  
posuit

Johan-Rodolphus Ehinger à Baltzheim,  
Patric. Vlm. VIII. Idus Novemb.  
Anno M. DC. XVII.

## ALIU D.

IN REDITVM NOBILISSIMI IVXTA ET  
Clarissimi Viri, Domini PHILIPPI HAINHOFERI, &c.  
ex Pomeraniâ.



Al ve Nobilium Flos HAINHOFRE virorum,

Sal ve præcipuos inter amice meos.

Te Pomeranorum distanti lator ab orbe

In columem ad Patriam nunc redijisse domum.

Multa quidem de te socrus cum coniuge, multa

Cum socero Proles anxia sepe fuit,

Neforte ad versi quiddam patiare, sed Ecce

HAINHOFER VS adest salvus et incolumis.

Quam

35

Quām tuus a nobis quondam discessus acerbus;  
Tam gratus reditus; gratiōr immō tuus.  
Non tam grata tuo, Mensa Ingeniosa PHILIPPO,  
Non tam grata Duci Rustica villa fuit:  
Non tam gratus eras, sat dico, PHILIPPE PHILIPPO;  
Cui licer haud ullus gratiōr hospes erat:  
Quām tuus est Nobis ad ventus, KARE PHILIPPE:  
Lans sit, te nobis qui dedit in columem.  
Nunc crerees animum post tādia multa; labore  
Transactō gratum quid magis esse queat?  
Amplius haud quicquam restat, nisi fronte serena, ut  
Quæ cecini in cultis versibus accipias.  
Nam discessuro felicia fata precari:  
Fas fuit, ergo nefas non erit in redditum.  
Quarē age Nobilium flos HAINHOFER E virorum,  
Salve pricipuos inter Amice meos.

Nobilitatis T. Studiosiss.

M. Iohannes Conradus Goebel Pastor  
& Senior ad D. Annam.

A L I u D.

IN NOBILIS, ET SPECTATISSIMI VIRI  
DOMINI PHILIPPI HAINHOFERI FELICEM EX  
POMERANIA REDITVM.



Ors bona, mortales cupidos quæ respicis equi,  
Et meritis maestas donis, tibi pectore grates  
Toto agimas, nobis reducem quæ fida reduxi  
Carum Dis, Musisq caput: Pomerania tantum  
Clara virum tenuit, quæ non miracula rerum  
Intulit! atq alio fabricata sub orbe stupentes  
Attulit ad ciues pretia! Ast hunc Principis aula  
Principi coluit, prō quanti principis artes  
Qui solet ingenuas, imbutaq pectora claris  
Complecti studijs, et in imam condere mentem.  
Nunc post liminio nobis hunc magna remisit  
Aula virum, multos opibus operaq juuare

L

Consue

Consuetum, ac natum virtutibus usq; colendis,  
Et natum splendore suo clarare, manuq;  
Largificā ditare alios. Fors optima, tantum  
Trado tibi seruare decus, qui Nestoris annos  
Exsuperet, cui lucra domum certissima lētam.  
Concinnent, cui sit tranquilla beatāq; vita.

Raymundus Mindererus, Medicinæ Doctor,

Sereniss. Bojorum Ducus, Comitis Palatini Rheni &c. Confiliarius &  
Medicus, nec non Reip. August. Vindel. Physicus, ac Visitator iuratus,  
ac Collegij Medici ibidem pro tempore Decanus.

A L I V D.



quantum, quantum est, didicisse fideliter artes,  
Ac emolitis moribus esse virum!  
O quantum, quantum est, virtutibus esse politum,  
Posseq; mellifluo Nestoris ore loqui!  
Hec etenim summi sunt munera summa leho-væ,  
Et faciunt summis complacuisse viris.  
His tu præclaris donis ornate Philippe  
Heinhofere, Deo, Principibusq; places.  
Principibus, magnisq; places Heroibus, inquam,  
Quorum alta ætherei laus ferit astra Poli.  
Testis erit magnus Dux Ille, Philippe, P H I L I P P U S,  
Quo Pomeranorum sospite terra viget.  
Quo non te hic studio, quo non complexus amore est?  
Ecquæ non ab eo signa favoris habes?  
Pluribus hæc canerem, si, quam mihi prompta voluntas;  
In versu facilis tam quoq; vena foret:  
Verum unda Phæbus quia me summo vit ab illâ,  
Vngula Gorgonei quam cava fecit equi;  
Conticeo, atq; alijs hæc commemoranda relinquo,  
Exornant quorum laurea ferta comas.  
Est Remus, estq; Simon Tæmannus, uterq; Sacerdos  
Musarum, ac Themidos clarus in arte sacræ,  
Gnarus uterq; sacrae historiæ simul atq; profane,  
Conspicuum Patriæ Lumen uterq; suæ:  
Eloquij hispondus, dedit his quoq; ludere Phæbus  
Par Aganippea carmina docta lyra.

Hos

*Hos decet hic meritæ premium deponere palma,  
Certatimq; tuum concelebrare decus.*

*Tum, decantandis si quis modo laudibus aptus,  
Principis hi laudes, quā decet arte, canent.*

*Misatis Arctoo tibi ab orbe Philippe re verso  
Gratari, & Salve dicere posse. Vale.*

Ioannes Miller D. Reipub. Augustæ Advocatus.

### A L I u D.



*Rincipibus placuisse viris non ultima laus est:*

*Prima tamen laus est posse placere Deo.*

*Quippe placere Deo satagens hoc inde reportat,*

*Vt sit Rincipibus gratior usque viris.*

*Exprimit exemplar Dux Numinis ille Supremi,*

*Cui placuere boni, displicuere mali.*

*Pomeridos Princeps hoc laudatissimus & vo-*

*Iure malos odit, jure favetq; bonis.*

*Contigit Hainhofere tibi quod gratulor, ut sit*

*Posse placere bonis, displicuisse malis.*

*Felices nimium, virtute Fideq; placentes*

*De cœlis Domino, Rincipibusq; viris.*

Bartholomæus Rülich, Senior Ministerij Evangelici Augustæ.

### A L I u D.



*N magno labor est: Virtus interrita floret,*

*Lata trophea parat, bella duella docet.*

*Hic auet in visos terrarum noscere tractus,*

*Nobilis ille fortuita Lycea soli.*

*Amphitryoniadem, vel quis cantaret Ulyssem,*

*Horrisonum remeans ni superasset iter?*

*Si non per Minyam satus Aesonē Colchida vectus;*

*Nomen inauditum, lausq; sepulta foret.*

*Haud secus HAINHOFERETUOS sors prosperat ausus,*

*Cum petis Arctoos, mille pericla subis.*

Hos inter celebrem STETINI tendis ad urbem,  
 Balticas sceptra simul, Vandalicosq; sinus.  
 Quâ lux Parrhasia regno, populoq; sub URSA,  
 Affulget solidis ebria delicij;  
 Quâ gentem PRINCEPS moderatur ritè PHILIPPUS,  
 Cui Pallas cordi, docta Minerwa domi.  
 Progenies Regum, decus, et Dux strenuus armis,  
 Sacrae Themidos, mutuus, unus amor.  
 Euge age, perge REDUX redamare PHILIPPE PHILIPPUM.  
 Munificas reddat celsus Olympus opes.

Ioan-Bayerus V.I.L. Reip. Augu-  
stanæ Advocatus.

EIDEM D. PHILIPPO HAIN-  
HOERO,

Viro omnibus Heroicis virtutibus eminentissimo, multo-  
 rum Germaniae Illustrissimorum Principum, & nunc nuper  
 PHILIPPI II. Stetini Celsissimi Pomeraniæ Ducis Consi-  
 liario meritissimo, D& Amico magno, exitinere  
 Pomeranico reduci gratulatur Michaël Picar-  
 tus Fr. Professor Noricus.



Vdieram famâ spargente atq; indice REMO,  
 Nostrum HAINHOFERVM, gentis prælustre  
 PHILIPPUM

Sidus, et Aonidum pullū, Charitumq; leporem,  
 Illum Vindelicæ augustum decus urbis et agri,  
 Principibusq; Viris virtute Fideq; probatum:  
 Ut tristeis luctus et lamentabile Gnati  
 Funus, tum crudum usq; oculis et pectori oberrans,  
 Expungat tandem, POMERANAE climata terræ.  
 Usere decre visse animo, magnumq; PHILIPPUM,  
 Terra eius Dominum, vicinarumq; potentem;  
 Quo meliorem alium non lux illuxerit Orbis,  
 Solem Iustitiae, normam Virtutis et instar,  
 Musarumq; Patrem, Pietatis vindicem arvita,  
 Cesareiq; Throni studiosum, et jure, clientem:

Cuius

299

Cuius ego quondam cedro dignissima vidi  
 Decreta, ut primum Germania congrege voto  
**MATTHIAE AVGVSTO** augsti permisit habenas  
 Imperij, PATRIAEQ; PATREM proscriptis in Orbem:  
 Et seruo illustris monumentum mentis adusq;  
 Servabóq; meis affer vandumq; relinquam.  
 In quo unita fluunt, quotquot diuisa beatos  
 Efficiunt, unus qui dotes Principis omneis  
 Collectas tenet et totum se spargit in Orbem  
 Praeclaris meritis, Heroeq; indeole mentis.  
 Audieram hæc inquam et cæptis bona fata precatus  
 Angelicosq; duces, et mollia tempora eundi,  
 Insuper et Reduci Fortunæ templa vocabam,  
 Thuraq; cum precibus castis et Orontide myrrha.  
 Si mihi præstaret salvum caput illud, eumq;  
 Incolumem exciperet redeuntem Patria civem.  
 Cæca etenim patridam terrebant somnia mentem,  
 Infestusq; vijs latro ne forte tenebris  
 Clausus in incatum ferro saeviret acuto,  
 Missilis, aut plumbi violenta glande timebam.  
 Neue etiam in medio te vis inimica viai  
 Morborum, quæq; esse potest injuria cœli,  
 Sisteret, et virens enerans corporis omneis  
 Traderet immeritum Letho, patria exsulem, egénum  
 Auxilijs fideiq; etiam, alloquijq; tuorum:  
 Hec me, dum tu aberas hinc, HAINHOFERE, coquebant,  
 Omnia que jam animo REM expunxere tabellæ,  
 Omni auro contrâ charæ acceptæq; tabellæ,  
 Quæ mihi te in patriam narrant salvum esse reversum,  
 Omnibus ex animi votis de extremp; peractis:  
 Quæ mihi confirmant, spectatæ premia magna  
 Virtutis retulisse domum, magnoq; favore  
 Principis exceptum, cuius censura peracti  
 Iudicio fundata hominum discernere doteis  
 Ponderibus justis et recto examine novit:  
 Cuiq; voluptati fuerit sermone morari  
 Te comi et blando, tua mellea verba vici sim  
 Excipere attentâ sitientiæ imbibere aure.  
 Cujus item votis standum si forte fuissest,  
 Iam non vobis insertus POMERANÖ surculus Orbi

Floreres, celsaq; simul pars nobilis aula  
 Cordolio nobis tristi Patriaeq; relicto,  
 Sed tanto major Princeps, qui flectere sensus  
 Ipse suos novit, mentisq; admittit habens,  
 Nec licuisse sibi censem, quodcunq; lubescit.  
 O quem te memorem, Princeps, quo carmine dicam!  
 Virgilij mentem, musam hoc in pectore Homeri  
 Si circumferrem, si labris Attica Peitho  
 Insuper insideat, si mella liquentia stipet,  
 Non ego complecti, quæ in te laudanda, valerem.  
 O valeas, vi vasq; tuis, Auguste Philippe  
 Exemploq; tuo, quæ vobis munia curæ  
 Iussiterit esse Deus, quos fors corruptior ævi  
 Transversos rapuit gurges, cum laude doceto,  
 Imperio supera, virtutemq; excere factis.  
 Quando pijs etiam Musis, sub teste benigno  
 Est locus, & per te, Famâ attestante per orbem  
 Ingenijs aperitur iter melioribus, unde  
 Nec probitas despecta jacet, nec inertia surgit.  
 Vindice te, egregiosq; invitant præmia mores,  
 Ingenuasq; arteis, non obruta stemmate virtus  
 Pauperie ve jacer: nec tu cunabula queris,  
 Si documenta bonæ videas illustria mentis;  
 Te veneror supplex demissopoplite cordis,  
 Per se vera istas doteis, nec tempora tantam  
 Villa tibi eripiant laudem: quo rarior illa,  
 Tanto charior existat tibi Maxime Princeps.  
 Sed quo me abripiunt celsi merita alta PHILIPPI?  
 Quo ornamenta Ducis, Diuæq; encomia mentis?  
 Da veniam, HAINHOERE, mihi, credoq; daturum:  
 Nil etenim auditu tibi gratius esse putârim,  
 Quam quem fers oculis, venerari spectore, cuiq;  
 Vitam etiam debere velis, cuiusq; diebus  
 Addere de propriis, ejus cognoscere laudes.  
 Ad te nunc redeo ex animo reducemq; saluto,  
 Excipioq; lubens, faustissima quæq; precatus,  
 Tum tibi, tum Caiæ, quæ longum absente marito  
 Longum etiam timuit, multum metuitq; marito,  
 Nunc reduci suspendet gratissima sarcina collo,

498

Proli etiam; circum Patrem quæ lœta triumphat,  
 Atq[ue] alio de sole petit donaria plaudens.  
 Is qui te duxit, qui te, HAINHOFERE, reduxit,  
 Præsidio tutum cœlesti, Io-vah benigne  
 Porro etiam seruet, quo sic spectatior Orbi  
 Sit tua perpetuo virtus, tua gloria surgat,  
 Et cum sole orbis pariter spatiū omne pererret.  
 At mihi Io-vah diem sistas, quo possem ego multam  
 Auricularum operam, REMO adstante, locare  
 Narranti, HAINHOFERE, tibi, quæ videris illuc,  
 Quæq[ue] etiam audieris, ubi rerum inflectit habenas  
 Nominis ille tui PRINCEPS, secliq[ue] SMARAGDVS,  
 In quo tam illustri, sit fas mihi, nomine sisto.

Altorf I. Noric. Mense Novembri Anni  
 M. DCXVII. L. M. F.

A L I U D.



On voto in uno, que i spere grecere  
 Amor, quiescunt! meta nec omnibus  
 Est una, quæ aureis vellicare  
 Asolet, aut properare mandat.  
 Est qui Moluccas currat ad insulas,  
 Oblitus ædis tecta domesticæ,  
 Nec lacrymas curans maritæ  
 Quolibet attonitæ susurro:  
 Ne bruta fluctu perdidere fero,  
 Serò precantem fata, virum freta:  
 Né ve hostis ad ripam natantem  
 Obtuderis grauiore letho.  
 Ne vinculis fors endopeditior  
 Oris obverret ser-vus agrestibus:  
 Aut sulcet agrum in-vitus illum,  
 In patriâ poterat quem arare.  
 Est quem tubarum murmura suscitent  
 Herbae incubantem-durius: ut suæ  
 Signum cohortis quæ via extat  
 Intrepidus colat usq[ue] sectans.

Est.

Est, celsiorum deniq; Principum  
 Summi favores quem magis excitant.  
 Hi terra in altis confidentes  
 Quando thronis etiam impreasant  
 Subjectorum munera dexteri:  
 Cum literarum non puerilium  
 Incundioribus trahuntur  
 Delicijs, sine fecer fastus:  
 Quod numen ipso facit in Polo,  
 Idem patrabunt: pene ad ore a  
 Laudum ut beentur digni eadem  
 Semideum titulos merentur.  
 Hic Pomeranorum placidissimum  
 Sidus, PHILIPPE: hic tu numeros tenes  
 Omnes: id omnium adprobabit  
 Calculus, integrius ferentum  
 Sententiarum puncta, velut Themis  
 Verax suadet, tum tua cœlitus  
 Accensa in exemplum facultas,  
 Postera quod tueatur artas.  
 Sic HAINHOFERO, mille alios tego,  
 Teste arbitramur: quem neq; dirites  
 Terræ, nec atrox Martialis  
 Ingenij, furor evocarunt:  
 Ut patriæ subduceret inclite  
 Suum nitorem, ac, quā Boreas gelu  
 Ferit plagas præsentiore  
 Iret orans animis viator:  
 Sed clara magnipectora principis  
 Imbuta cœli roribus entheis,  
 Et artium mirarum amores,  
 Et merita ingenuis relata.  
 Hoc more dignus foveris hospites  
 Ter-magne Princeps, hoc itidem hospite  
 Gaude HAINHOFERE, quam diu te  
 Virvere fata finient beatum.  
 Dumq; illa honoratis recitas redux,  
 Qua cvisa in urſa limite subdito,

*Exponito simul data Vlmæ  
Pro reditu atq; salute vota.*

*Boni omnis t; obseruant, ergo*

F.

*Iohannes Henifius Vlm. Philos,*

*Medic. Doctor. Reip. pat.*

*Phys. ord. & poeta*

*Laur. Cæsareus.*



# AD MAGNIFICVM ET NOBILISSIMVM DNM:

PHILIPPVM HAINHOFERVM,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI Dni. Dni.

PHILIPPI II, Ducis POMER.

STETINI etc:

Consiliarium conspicuum:

Ex Illustrissimâ SED INENSIVM Aulâ, in quâ clementissimè acceptus: lautissimè exceptus: liberalissimè dimissus, etc.

HOSPITEM sospitem:  
REDVCEM felicem:

Dñm. & Mæcenatem æternum colendum:

Anno:

HeInhofer pIVs In agrIs PoMeranIæ  
rara Chara VIDIT.

## DEDICATORVM.



Vando te, FAUTOR Magnifice, ex illustri Illustrissimi POMERANIAE Principis, Dni. Dni. mei clementissimi Aulâ, & sine noxâ incolumem, & muneribus

44  
neribus lautissimis lætissimisq; onussum Reducem narraret  
Rem' noster : Crede mihi laetos laeto de pectore plausus

Hainhoferoq; dabam candida vota meo : Calamūq;  
(quamlibet occupationū labyrinthis intricatissimus) arripiens  
hæc quæ vides, quæ rides, chartæ iniiciebam præsenti, quæ o-  
mnia arrham veluti velim exstare solemnis ac æviterne tum  
erga Laudatissimum PRINCIPEM nostrū, tum te PHILIPPUM,  
Musis omnibus Gratiisq; gratissimum, observantiæ, studij, of-  
ficij meorum.

Nequeo plura:

Nam propero properans in Magni CAESARIS aulam,  
In quā (sic juro) seria agenda mihi.

De prop: PRAGAE, è Collegio Angelico.

9 Nouem: 1617.

M. Petrus Fradelius Rector Collegij Angelici,  
ad aram tuus.

AD MAGNIFICVM D. HEINHOFERUM,  
PATRONUM Summum.



Vne rediſ ſōſpes Sueuorum Gloria gentis:  
Tam vario pregnans munere: tu né rediſ?  
Fare age, magnanimi placeant quām tecta Dynaste,  
Munifici placeant quām tibi tecta Duc iſ?  
Vt placet ingenium, dic, magne PHILIPPE,  
PHILIPPI

Semidei, dotes corporis atq; animi?  
Qui quot habet voces, tot habet ſub pectore Phæbos,  
Qui quot verba canit, tot parit ore DEOS.

Non poteras meliore loco, meliore recessu  
Admitti: totum eſt poſſe videre DUCEM.  
Differe tam lætæ et laute con-viuia menſa,  
Quæſi bene contentus Iuppiter eſſe queat.  
Doctorum placeant num grandia dicta leporum,  
Suaniloqui veſales: innumeriq; joci?


Quām Patres pietate graues, Themidosq; PATRONI,  
Quos fouet in gremio docta Sedina ſuo?  
Differe tot leporum tibi num venatio, Cerui  
Sylvestris placuit preda petita fera?

Nec

Nec taceas lusus Heroum Gymnica facta,  
 Quem poteras Genium sat recreare tuum.  
 Exhibitæ dic, quæ zeuxis velut arte tabellæ  
 Pictæ, mirifica Praxitelisq; manu.  
 Ictus, conflictus, ficti certamina MARTIS,  
 Quæ nequit (heu!) calamus nunc numerare meus?  
 Quam fueris rarus, claris quam carus Amicis:  
 Et ritè tū rectè Carmina missa probant:  
 Et quis non redamet, te quis non estimet, alto  
 Judicioq; grauem, consilioq; grauem?  
 Scilicet es dignus preceles munere laudis,  
 PRINCIPIBVS sat agis qui placuisse viris.  
 Felix tū nimium felix hoc Principe sistu,  
 Te Princeps felix sitq; PHILIPPE pius.  
 Ergo si reduci longis gratiamur ab oris:  
 Velpauper laceram qui repetitq; domum:  
 Si salter, cantet, quod mille pericula rerum  
 Senserit, anxiferæ milleq; plaustra via:  
 Cur tibi non grater, cur non nova jubila pangam,  
 Ob titulosq; nouos, ob vitulosq; nouos?  
 Palpito nunc verum: quod munera dentur habenti,  
 Dentur opes nulli quod nisi di vitibus,  
 Uttere muneribusq; oblatis utere donis:  
 Siq; placet, partem mi quoq; mitte meam,  
 Nam cùm sis gazis, fulvo sis plenus tū auro,  
 Quod tribuit largâ Dux, tibi, Amice, manu:  
 Di vide cum socio, si non vis dicier ipso  
 Et Cræso tū Crasso crassior ipse viro.  
 Aes si sit, canta; si munera grandia saltat;  
 Sic quacunq; potes parte placere, place.  
 Casta mihi mens est: charta contentus tū arcta  
 Sum Spartâ, tribuis quam Deus ipse mihi.  
 Argenti exoptent alij graue pondus tū auri:  
 Mens mihi si recta est, Mensaq; di vesero.  
 Cesso heic: heic cesso, tibi pocula plena propinans,  
 Proq; salute Ducis, proq; salute tui,  
 Clementem Clemens regat tū tegat, opto, PHILIPPUM  
 Iuppiter, in columnem teq; PHILIPPE beet,

Hospes sis sospes longum Pomerane; deinceps  
 Aureolum quatiat nulla procella caput.  
 Adstant grandiloqui, quando haec metra pango, Magistri.  
 Eximij Proceres, eximijq; Sophi,  
 Stetnensi Phæbo qui nil nisi fausta precantur,  
 Ferre Duci promisi seruitumq; tibi.

Hæc extemporaneo calore & spiritu  
 in laudem Hospitis Actiui & Pas-  
 sivi deprop: M. Fradelius: Re-  
 ctor Collegij Angelici.



#### A L I V D.

**M**menses vidi, temet monstrante, labores  
 Hainhofere tuos Mensæ in opus varium,  
 Gratando, et cunctis industria cum tua rebus  
 Promeret è thecis nomina quæq; suis:  
 Obstupui, Quia tam visu mirabile nullum,  
 Crede, opus, aspexi, quam fuit hocce tuum.  
 Ast bene confectis abitu, reddituq; favore  
 Iam mage Pomerum gratulor inde novo,  
 Perge age Magnanimos tibi de vincire Dynastas,  
 Hinc tibi conspicuus surget honosq; tuis.

M. Caspar Junius Ecclesiastes  
 Aug. ad D. Ulric.

---

#### A L I u D.

**P**aucos ante dies demum ipse reuersus ad urbem  
 Rhenano tractu, Charitina per oppida vectus  
 Vitiferos inter colles et amæna vireta;  
 Quandoquidem exoptata diu tua conspicor ora  
 Blanda iterum, atq; licet tecum conferre loquelas  
 Iam reduce, officio præsentि numine functo,  
 Optime amicorum: Tibi gratulor ergo, PHILIPPO  
 Excelso dilecte Duci, postquam ipsius aula  
 Egre dimissus, donis mactatus optimis  
 Salvus et in columnis nunc patria tecta reuiris

Alite

997

Alite felici, rebus feliciter actis,  
 Longum post itiner, sed enim tibi utile, magnog  
 Heröi acceptum, nulli pietate secundo:  
 Cui veteres arces Sedini, habitataq; priscis  
 Sclauorum populis Pomerania florida paret  
 Diues agri, diues pecoris, rerum omnium abundans,  
 Rugia cui seruit, Danorum regibus olim  
 Subdita, Vandalicæ gentes, Reudigni, Auiones,  
 Et flavi extremodo digressi Aquilone Suevi,  
 Pinguis Bardorum tellus, Stralsunda superba,  
 Et Vinulis quondam posse sa ferocibus ora  
 Proxima Obotritis tunc hostibus, at modò amicis;  
 (Siue ea gens Henetum fuerit seu forte Herulorum,  
 Historici certant, et adhuc sub judice lis est)  
 Terrarum late Domino freta Balthica ad usque  
 Et Volgastanum qui diuidit arua Ducatum,  
 Iuliades populis ubi nunc dat jura Philippus,  
 Præteritis quondam Spiræ mihi cognitus annis,  
 Cum recitarentur Decreta augusta Senatus,  
 Inq; Palatina Friderici Principis aula  
 Bojorum Ducas ad Rhenum, primiq; Tetrarchæ,  
 Deniq; hic Italâ veniens regione paternas  
 Cum peteret sedes et auita palatia Princeps,  
 (Ducendæ uxori regali est stemmate Brenni  
 iam tum animum adjiciens casto flagrabat amore.)  
 Munera nempe abaco scite fabricata quadrato,  
 Ordine tam lepide composta, ut tesserae omnes  
 Arte pavimento atq; emblemate vermiculato,  
 Qualia Praxiteles vel Apelles hanc dedit unquam,  
 Nulli visa prius nec decantata Poëtae,  
 Artificum confecta manu, te absente loquuntur,  
 Iudicio quantum valeas et acumine mentis,  
 Ingenij et neruis, solerti industrius ausu:  
 Cælatum hec superant diuini opus Alcimedonis,  
 Quicquid et excellens in nostro climate natum est,  
 Regia res et opus, sed tanto Principe dignum,  
 Sphæra ibi, sunt mappæ, sunt instrumenta Matheſi,  
 Astrologis et Cosmographis scriptoribus apta  
 Circinus ac Trigonus, cubus et globus atq; cylindrus,

*Pyxides et medicis, et idonea vasa chirurgis,  
Scacchia cum varijs lusoria in arte tabellis.*

*Heic quicquid volupe est, et idonea munditiæ,  
Cuncta vides oculis, rara et pulcherrima multa  
Ex ligno roseo formata suavis odoris,  
Instrumenta gulae ex auro argentoq; parata  
Principis ad nutum, gemmae, pretiosa supplex,  
Nummi, margarides, stellata monilia, torques  
Exiguo spatio loculis inclusa decenter  
Apparent, nihil heic vulgare aut vile relicturn est.  
Tota superficies ebeno constructa nitescit,  
Virtutum varijs hinc inde ornata figuris:  
Organa contactu nullo resonantia psallunt  
Dulce melos, tractu inflatis modo follibus uno:  
Nec sunt muta ideo, aut sine voce tua inclita dona,  
Imo se insinuant tantum inspectoribus, ut quo  
Crebrius intueare, mage accendaris amore  
Pectora: non aliter speciosa puella perurit  
Nictibus a siduis, formoso corpore et ore  
Cor juuvenile maris, donec potiatur amata.*

*Quid referam villæ viuos in imagine vultus?  
Pascua leta boum, armenti pecudisq; minoris  
Fæturas, hortos, pomaria consita plantis  
Floribus ac herbis viridaria Chloridis almae,  
Cum stabulis et equis, canibus venantium auibusq?*

*Horrea quid dicam cereali fruge referta  
Aut liquido Bacchi distentas necare cellas?  
Arcis cerne typum, conclavium et omnium in illâ;  
Aulâ in medio scaturit fons jugis aquâi:  
Atria strata petris, gallinæ ibi, pauc, columbae,  
Et statio accipitrum est; fortes vigilantq; molossi.*

*Sin distincta suis noua propugnacula fossis,  
Aut juuat arma domi, belli instrumenta videre,  
Bombardas, tormenta simul majora, minora,  
Hastas cum gladijs, Mauortia tela, sarissas:  
Omnia monstrantur numero tibi et ordine justo,  
Sed miro splendore tamen facilij paratu,  
Ut nihil in paruoposis culpare theatro.*

*Aer, Ignis, Aqua et Tellus, elementa, venustæ*

Rem physicam ostendunt, et congrua nomina querunt,  
 Quadrupedes, pisces et aues, insecta quæcavina,  
 (Quæ per se mira ratione mouentur in orbem)

Dædala dona igitur fausto tibi siderc creta  
 Missa sub intuitum quando venere Dynaste,  
 Adfecere modis animos varijs oculosq; ut  
 His perscrutandis aliquot consumeret horas,  
 Multiplici ex usu qui deinceps percipietur.  
 Majoremq; feret longa assuetudine fructum.

Mecenas tuus hic, at auis qui Regibus ortus  
 Sarmatiæ latâ ditione potentibus altos  
 Majores longa numerat serie, ordine Reges  
 (In quibus Odoacer Romanum rexerat orbem)  
 Fortibus insignes armis toto orbe celebres,  
 Nec minus arte cogæ illustres toto orbe Toparchas,  
 Egregiosq; Duces, illorumq; ardua facta  
 Ex veteri historia archiuis de prompta recenset,  
 Subjectas placida gentes hic pace gubernat,  
 Maximus ingenio, virtutibus undique fulgens  
 Eternis meruit nomen memorabile fastis.

Scilicet hic ille est, miti cui plurima fronte  
 Majestas veneranda sedet commixta lepori,  
 Germanos inter proceres velut alter Apollo;  
 Cui risere Venus, cum Pallade regia luno  
 Nascenti, Aoniæ puerum instituere sorores,  
 Et Charis ambrosiæ pauit lepidissima succis,  
 Hyblæisq; fauistinxit blandissima Siren  
 Oracui, quem Astræa Themis sibi destinat unum  
 Rectorem, Fas atq; Dice quo Præside florent,  
 Inq; fide erudiens gentes Pax optima rerum,  
 Sancta quæ Religio cœlestia præmia spōndent:  
 Hac ratione sibi decus immortale parando  
 Dididit ingentem vastum super aethera famam.  
 Salve igitur dilecte Deo, dilecte maritæ,  
 Et socero sociuq; tuae, dilecte Monarchis,  
 Principibusq; viris, meritis virtute paratis,  
 Indolis arte tuae, studio vigiliq; labore,  
 Viue diu felix in publica commoda natum

Pieridum Charitumq; Decus, fax lucida Phœbi,  
 Cypridis et Suadæ noua gloria, Mercurijq;  
 Aurea progenies, lingua calamo j; beate,  
 Siue tibi Italico moderandus carmine sermo,  
 Ausonijsue modis, aut Gallo idiomate manus  
 Germanoue stylo aut facilis contendere versu,  
 Äquales omnes primo in certamine vinces.

Viue diu sospes longæui ad Nestoris annos,  
 Vindelicisq; faue Musis, mellite Philippe.  
 Et quod sincero tibi pectori dedico votum  
 Suscipe vultu hilari, renouati pignus amoris.  
 Tenuia nec fratris chartacea munera sperne.

Sic ego. Sic iterum Genius delapsus ab alto:  
 Quæpia vouisisti simul ore animo q; PHILIPPIS,  
 Astripotens probat ecce Deus; jubet Ipse prōinde  
 Ut rata sint; cedant vobis Patriæq; salutis  
 Vota; nec enieriat secus imo ex corde vounti.

### ETEOSTICHON IN OBITVM Philippi Hainhoueri Filij.

HaInhoVerI Ista MeI Vt proLes Denata PHILIPPI  
 est; 1617.  
 Deposto fLatV, VIta MeLlore resVrget. 1617.  
 C. C. N.

Christoph: Cunradus Neythart  
 à Bausteten, Patric: Aug: Vind.  
 fecit & scripsit, Anno  
 MDCXVII.




**AL SEÑOR FELIPE  
HAYNHOFER, DEL CON-  
SEJO DEL SER<sup>mo</sup> PRINCIPE  
de Pomern, mi Pariente.**

---

Soneto en Dialogo.

**Q**uien ha visto aquel Duque en Pomerana  
Senor prudente, sabio, y animoso,  
A quien la trompa sonante dela fama  
Le publica por grande, y belicoso?  
Preguntelo a Felipe el Ingenioso  
Haynhofero, que en el calor de viva llama  
Del amor, que en el alma se derrama,  
Le confiesa magnanimo, y glorioso.  
Viue en prosperidad aqueste solo  
En Region tam remota, y apartada  
Libre de pesadumbres, y cuydados?  
Si, pues que de un polo, al otro polo  
Queda aquesta verdad a Veriguada,  
Sacada con sus ojos del traslado.

Ieronimo Zeque.

**A L I V D.**

**E**go pro reditu concepta tuaq<sup>z</sup> salute  
Tot pia non frustra vota fuisse vides:  
Salvus t<sup>z</sup> in columis dum recta Philippe revis  
Patria, pars animæ delicumq<sup>z</sup> meæ.  
At quem te memorem? quis te felicior alter?  
Ecce iam confert munera larga Deus?  
Vidisti magnum Famat<sup>z</sup> Pietate Philippum;  
Cui vix inventa secula nostra parem:

P

Vidisti

Vidisti tories votis precibusq; petitum,  
 Aquo hucusq; frequens litera missa fuit:  
 Vidisti: alloquo blando vultuq; potitus,  
 Explēstū mentem Principis, atq; tuam:  
 Vidisti, tantiq; stupens miratus es Aulam,  
 Miratus prudens Principis Imperium:  
 Imperium justum, clemens, vereq; beatum,  
 Quale fere priſto ſub Salomone ferunt.  
 Quaq; alias minuisse ſolet praesentia Famam,  
 Hæc audita etiam longius exuperat.  
 Testis ego, qui Te narrantem talia, tanta,  
 Tam rara audi vi plurima, et obſtupui:  
 Sic mirata olim celebris Regina Syenes  
 Hebrei Regis ſceptra verenda, redux:  
 Vix percepta Mihi eſt, vix portio tantula, dixit:  
 Magna quidem audi vi: maxima ſed video.  
 Sic, que Tu narras, veniens mirabitur etas:  
 Mirantur noſtra quotquot in Urbe boni.  
 Ergo felicem quis te non prediceret? aut quis  
 Non optet tanto ſtamina longa Duci?  
 Quis Pomeranorum, tam magno Principe gentem  
 Laudibus insignem non ſuper aſtra vehat?  
 Barbara que quondam fuerat Pomeranica tellus,  
 Hanc nemo talem dixerit eſſe hodie:  
 Nec facile dixit quisquam, ne ſingite vobis  
 Iſta, ſuus Suevia diu mmodo conſtet honos,  
 Distribuit Natura Parens ſua munera mire:  
 Nec facile cuiquam commoda cuncta dedit.  
 Auguftæ laudes æquataq; gloria cælo  
 Invidiam ſuperant: nec locus iſte capit.  
 Res ipsa eloquitur; generoſo quippe liquori  
 Bacchi ſuſpensa nil opus eſt hederâ:  
 Quin et Plutarcho dudum p̄tantior una  
 Suevia gens cunctis credita Teutonicis.  
 Barbara quo circa quod non Pomerania veftra eſt:  
 Hoc ſane gaudet Suevia noſtra magis:  
 Quandoquidem Suevia Pomeranica ſanguine creta  
 Gens etiam veftri fertur ab Historicis.

Fraterno i cōcō (cūm simus origine Fratres)

53

Nos met complecti mutuo amore decet.

Non sine fato etenim nuper, sine numine sacro

